dit. Aliter est. Immunita terrae
huius considerare venistis. At illi
dixerunt. Duodecim inquiunt fratres
servi tui sumus filii viri unius in ter:
ra chanaan. Minimus cum patre
nostro est alius non est super. Hoc
est quod locutus sum. Explo:
ratores estis. Iam nunc experi:
mentum vestri capiam. Per sa:
lutem pharaonis non egre:
diemini hinc: donec veniat
frater vester minimus.
Mittite ex vobis unum et adducat
eum: vos autem eritis in vinculis
donec probentur quae dixistis: utrum
vera an falsa sint. Alioquin per sa:
lutem pharaonis exploratores estis.